Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

re ideſt non honeſtum eſſe fabulas contaminari ideſt quaſi fœdari aut maculari ex multis unam faciendo. Contaminare enim eſt manibus luto plenis aliquid attingendo illud relinquere pollutum maculatum ſiue fœdatum. ¶ Ne ideſt certe ut ait Laurentius uel ut Donatus ideſt ualde intelligendo ideſt prout nimis curioſi minima quæq; rimando efficiunt. ut nihil intelligant. interdum enim nimia curioſitas. ac ut poeta inquit obſcura diligentia potius eſt omittenda q̄ ſequenda. Alii capiũt ne ꝓ utrũ interrogatiue illud dictũ legendo. alii ꝓ nõ uerũ ut bene ſentit Dona. melius eſt ut ꝓ certe aut ualde accipiatur.

Qui quũ hũc accuſãt: neuiũ: plautũ: enniũ
Accuſant: quos hic noſter auctores habet
Quorum æmulari exoptat negligentiam
Potius q̄ iſtorum obſcuram diligentiam
De hic ut quieſcãt porro moneo: & deſinãt
Maledicere: malefacta ne noſcant ſua:
Fauete: adeſte æquo aio: & rem cognoſcite
Vt pernoſcatis: & quid ſpei ſit reliquum
Poſt hac quas faciet deintegro comœdias
Spectandæ an exigendæ ſint uobis prius.

Simo ſenex. Soſia ſeruus.

Vos iſtæc intro auferte.
Abite. ſoſia ades dum
Paucis te uolo. So. dictum

DONA. ¶ Qui quum hunc accuſant neuiũ: plautum: enniũ accuſant: in ſingulis magua emphaſis eſt auctoritatis: ſed ordo non eſt ſeruatus. Ennius nãq; ante plautum fuit: ſed quod eſt ſummæ auctoritatis enniũ ultimũ dixit. ¶ Quorũ magis exoptat æmulari negligentiam potius q̄ iſtorũ obſcurã diligentiam. ne minus multũ plurimũ. ¶ Qui quum hũc accuſant. Terentium inqt ſpecialiter accuſantes neſciunt ſe bonis hominibus maledicere: quos ille imitatur. & argumẽtũ eſt ab exẽplo & auctoritate. ¶ Dehinc ut qeſcant porro: moneo. recte eſt. Nã quieſcere ille dicitur qui eſt inſolens & inquietus. ¶ Porro. porro ĩ futurũ dixit. ¶ Moneo. terribiliter dixit. Cicero. Moneo: prædico admoneo liberatus culpa ẽt terret criminaturus aduerſarios. ¶ Fauete. adeſte. iam ad auditores cõuertitur: a quibus fauoré cepit. q. d. hoc aduerſarii faciunt: uos autem quod ĩ uobis eſt fauete. Vos uero fauorem facite: ac adeſte. non ut abſẽtibus dicit: quippe qui corporibus p̄ſto erãt: ſed intenti eſtote fauete ſilete. ſic & põtifices dicũt fauete linguis. fauete uerbis. unde Vir. Ore fauete omnes. ¶ Adeſte animis. ſ. auxilium præbete: ut aduocatus reo dicitur adeſſe. ¶ Aequo animo. ab honeſto. ¶ Et rem cognoſcite. a iuſto. ¶ Malefacta ne noſcant ſua melius q̄ ſi dixiſſet audiant. ¶ Cognoſcite. pernoſcite. Sic dixit cognoſcite. ¶ Vt pernoſcatis. quemadmodũ ĩ æcyra. Orator ad uos uenio ornatu prologi. ſinite exorator ſiem. ¶ Vt pernoſcatis. ab utili. ¶ Quid ſpei ſit reliquum. pro reliquorũ accipiunt: ut ſit ſenſus. de hac fabula ſumite ſpecimẽ ut ſciatis an cæteræ uobis ſpectandæ ſint. Nã poſtmodum dictum alio ꝓlogo. alias cognoſcetis eius quæſo hanc cognoſcite. ¶ Reliquum quaſi diceret poſtremũ. ergo quæſo aduerbium eſt. uel. i. ΤΟΛΟΙΠΟΝ. ¶ Reliquum ſiue hoc reliquũ dicit: ſiue reliquũ pro reliquorum geminato. u. ſcribitur. ¶ Poſt hac faciet. ſcribet. ¶ Deintegro. utrum denuo an ex ĩtegris græcis. ¶ Spectãdæ an exigendæ ſint uobis prius. ſylepſis ut ſupra: ad uerbũ enim faciet declinauit nõ ad ſpectandæ ſint. Spectandæ proprie ut fabulæ propalãdæ: exigendæ. excludendæ.

Quie ſcere

Specta te

Vos iſtæc intro auferte abite. In hac ſcæna hæc uirtus ẽ: ut argumenti narratione actio ſcænica uideatur: ut ſine faſtidio longus. ſermo ſit ac ſenilis oratio. ¶ Vos iſthæc ĩtro auferte abite hæc ſcæna pro argumẽti narratione proponitur. in qua fundamenta fabulæ iaciũtur: ut uirtute poetæ ſine officio prologi uel & peritiã comœdiæ populus teneat: ut res agi magis q̄ narrari uideatur. Vos iſtæc intro auferte abite: molliter retẽturus & expturus ſoſiã imperat: ut remaneat: addit etiam cauſam aliis abeũdi dicendo iſtæc intro auferte: ne ſuſpitionẽ iniciat ſoſiã communicandi ſecreti cauſa remanſiſſe: & bene auferte: Auferimus enim ea quæ cum faſtidio cernimus. Ferimus ea quæ cũ honore tractamus. Deĩde quaſi reſpiciẽtes increpat: dicendo: abite. ¶ Abite cõcitatius legẽdũ eſt: quia reſpicientes properat: & diſcernit a ſoſia. ſoſiæ perſona pro tacita eſt: nõ. n. uſq; ad finem perſeuerat: ut eſt daui: in phormione: in æcyra philotidis: & ſyræ. ¶ Ades dum: ades imperatiuum eſt: dum parelcon: ẽ autem adiectio ſyllabica. ¶ Paucis te uolo: de eſt colloqui: aut uerbis: & ẽ figura ſylepſis. Ades dum: parelcon: ut eodum ad me.

Aufer re

Ferre

Parel con

Sylepſis

GVIDO. ¶ Qui maliuoli cum accuſant. i. arguũt hunc Terentiũ accuſant Neuiũ Plautũ Enniũ poetaſ magnæ auctoritatis quos poetas hic nr̃ poeta hẽt auctores. i. imitãdos. i. quoꝝ ſequitur auctoritatẽ & eoꝝ ſe tutatur auctoritate. Quoꝝ poetarũ exoptat. i. preeligit emulari: i. imitari aliquãdo ĩuidere negligentiã. i. nõ nimiam curioſitatẽ potius q̄ exoptet emulari diligentiã. i. curioſitatem obſcurã. i. afferentẽ obſcuritatem dictis iſtorum maliuolorũ. ¶ Dehinc: Admonet eos ut ceſſent maledicere ne audiant malefacta ſua. ¶ Dehic ideſt deinceps moneo. i. admoneo eos ut porro. ſ. in futurũ ſiue poſtea quieſcant. i. quieti ſe dent q tã inſolẽtes ſunt & inqeti neq; ãplius animũ ſuum ꝑturbatione ĩuidiæ uexẽt. & deſinant. i. ceſſent maledicere. i. detrahere ne noſcãt ſua malefacta manifeſtatione poetæ qua ſit criminaturus eos & uitia detecturus ni ceſſẽt detrahere. ¶ Fauete: ad auditores conuertitur a quibus fauorem captat. Fauete. i. fauorem date ſilẽdo: ſic & põtifices dicebent. Fauete uerbis fauete linguis. & Virg. Ore fauete omnes adeſte. i. auxilium præbete & intẽti eſtote: ut aduocati adſunt clientibus. æquo animo. i. bono animo. & cognoſcite. i. intelligite rem. i. comœdiam agendam: ut pernoſcatis. i. perfecte noſcatis eam rem & etiam cognoſcatis quid ſpei reliquũ ſit. i. quæ ſit apud uos reliqua ſpes. uel quid ſpei. i. quæ ſpes reliquum. i. reliquoꝝ hoc eſt reliquarum comœdiarum ſit